

1339. ię 17. Febr.

Ex ma arch: Cap: Ploene

229.

Privilegium Johannis Abbatis Sancti Adalberti in Arce Ploensi per: mutationis Villarum Tyrano et Ostrow prope Varschoviam pro Jerzora cum Troydeno Duce Masovia

In Nomine Domini Amen. Quoniam humanae conditionis labilis est memoria, dum plerumque ea quae aguntur in tempore simul cum tempore evanesunt, necepe est, ut gesta hominum quae perpetuo disponuntur permansura literarum perhennata, situtis ad notitiam transeant futurorum. Idcirco nos frater Johannes Divina patientia Abbas Monasterij Sancti Adalberti in castro Ploensi Ordinis Sancti Benedicti una cum consensu, et unanimi voluntate omnium fratrum conventus ejusdem Monasterij cupientes prout passibile est conditionem nostri Monasterij facere moliorem, villas nostras videlicet Tyrano quae Crusze primitus vocabatur, et Ostrow, quae Osmolino prius vocabatur prout in suis limitibus seu gradibus sunt distincte sitas super fluvium Vistam prope Varsaviam commutavimus, cum inclito Principe Domino Troydno Dei gratia Duce Masovia, et Domino Czarreni tradentes ac resignantes, sibi et suis liberis, atque legitimis Successoribus

ipsius

ipsius prefatas duas villas pro ipsius
Domini Ducis Villa Jezora vulgari-
ter nuncupata, que villa ad ejus olim
Dominium pertinebat, sicut in suis li-
mitibus est contenta, per ipsum
Dominum Ducem, ac suos liberos
successoresq; legitimos ipsius jure
hereditario in perpetuum possiden-
das, non obstantibus quibuscunque
nostris privilegijs, nostro Monaste-
rio predicto super hereditatibus
superius nominatis per Dños Du-
ces antiquos Masovie concessis,
que nobis sunt ablata per insultū
infidelium Lituanorum. In cujus
rei testimonium et evidentiam
pleniorum sigilla nostrorum, et
dicti nostri conventus presentibus
sunt appensa. Actum et Datum
in Ploczko. Anno Domini millesi-
mo Tricentesimo tricesimo nono,
Duodecimo Kalendas Februarij.
Presentibus testibus nostris fra-
tribus, fratre Laurentio priore
Nostris Cenobij predicti fratre Zy-
gardo, fratre Nicolao, fratre Sta-
nislao, et alijs pluribus nostris fra-
tribus fide dignis. ~